

943, enero, 1.

*Cantizo, hijo de Rudesindo, vende a Cantizo, presbítero, una tierra que había comprado a Masedo y Sesa en la villa de Ramilán, en el lugar llamado Salcedo, por tres modios de ciuaría.*

Notum die V nonas ianuarías, era D CCCC L XXX I<sup>a</sup>.

A. ACLu., colección de documentos privados, estante 60, nº 6. Pergamino original de XX x XX mm. Escritura visigótica cursiva. Buen estado de conservación.

In Dei nomine. Ego Cantizo, filio Rudesindi, tibi Cantitius presbiter plaguit mici adque conuenit nullioque gentis inperio set propria mici acesit uoluntas. Ut uindere tibi terra mea propria quem aueo comparata de Masedo et de Sesa in uilla Remilani in loco predicto ubi digunt Salizedo, qui iacet circa terra uel quintana de filios Agezi et de alia parte per tua terra. Et tenet fronte in terra Masedi et usque in lama Quintiliani, ipso casare ab integro secundum illum ego obtinuit conclusum cum sua casa, muria, et cum suas arbustas, et cum sua aqua uel cum omne sua prestancia, integro tibi uindo adque concedo. Et accepit de te precio tres modios de ciuaría, que mici bene conplacuit. Ita ut ex presenti die et tempore de iuri meo abraza in tuo iure sit concessa aueas tu iuri quieto et omnis posteritati tue et quitu de illa agere facere uel iudigare uolueris, liuera in Dei nomine aueas potestatem. Si quis tamen cot fieri non credo, aliquis omo ad inrunpendum uener(it) tan ego an quisliuet omo in uoce mea pare tibi uel uoci tue ipsa terra dublata uel quantum ad te fuerit meliorata.

Notum die V nonas ianuarías, era D CCCC L XXX I<sup>a</sup>.

[*Christus*] Cantizo in anc scriptura uendicionis que fieri uoluit manus mea [*signum*].

[1<sup>a</sup> col. *Christus*] Bellanti, ts.- Onorigo, ts.

[2<sup>a</sup> col. *Christus*] Armentarius presbiter, ts.- Sendagulfo, ts.- Ico, ts.

[3<sup>a</sup> col. *Christus*] Meduma, ts.- Grisomaro, ts.- Eldonza, ts.

[4<sup>a</sup> col. *Christus*] Crezido, ts.- Gido, ts.- Zillane.